The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Penitencia ba
cum fonte primo

Senario
Psalmorum

personam penitentis aptauit →

quia sexta die
homo creatus, ←

Christus pro peccatis crucifixus,
ipso die primus homo peccauit.

Cassiodorus super Psalmum VI.

Nec uacat quod in calculo senario, quem in disciplina numerorum constat esse perfectum, personam paenitentis aptauit. Ipso enim die hominem creauit ipsa etiam aetate Christus Dominus ad liberandum eum, in hunc mundum uenire dignatus est; sexto etiam die crucifigi pro hominum salute decreuit, ut haec supputatio et hominis initium et absolutionem peccatorum aptissime continere uideatur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 6, conclusio (CCSL 97, M. Adrien ed., p.79, ll.343-350).